

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

An credendum sit, animam Christi separata dolores inferotu passam esse,  
iudicium

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

pes, frater Electoris, et aliorum Principum & ho  
nestorum virorum liberi; qui si quid in cederit peri  
culi, scholam alio transferre cogerent. Ego etiam  
me aduersus illas febres, que iam omnia loca red-  
dunt infestiora, temperantia & moderatione ui-  
tus munio. Nunc etiam expaciari constitui ad affi-  
xum nostrum D. Doctorem Philippum, cuius offi-  
cias nulla in re nubi desunt. Vale.

An credendum sit, animam Christi separa-  
ratā dolores inferorū passam esse,  
iudicium.

Quia articulus inquit, Descendit ad inferos: id  
non significat, passum esse dolores in hac uita, ut  
Daud. Quia enim inquit, Descendit: non descen-  
dit tamen ut uictor aut triumphator, sicut aliqui  
enarrant: sed addit, Ad inferos. Inferi autem, signi-  
ficant horrendos illos cruciatu. Conuenit dictum  
cum Psalmo: Non relinques animam meam in in-  
ferno. Cur peteret se non relinqui in inferno, si nō  
fuit in pœnis inferorum? Hec mihi uidentur esse  
precipua argumenta Aepini. Alij contradicunt.  
Articulus, inquit, Descendit ad inferos, nō est in  
ueteri Symbolo: sic tamen recipiunt articulum,  
& dicunt: Non oportere restringi dolores in-  
ferorum ad tempus post separationem. Chri-  
stus passus est dolores inferni in agone, sudans  
languinem, & sepe aliás. Dicunt item, unicum  
esse

esse sacrificium, et sufficiens, filij Dei passionem usq; ad mortem crucis. Et quanquam urgent uocabulum Descendit: tamen descendisse dicunt, ut uictorem, sive sola anima simulq; resuscitatū esse, ut resuscitaret multos, quibus se Christus ostendit, et docuit eos multa de suo regno, et de intellectu promissionum. Est enim consentaneum, hoc uelle Petrum in epistola sua. Ambidorius breuius hunc nodum fecit, cum dicit, scripturam nusquam loqui de ulla separata anima uel Christi, uel aliorum.

*P. Secv II, 14*

Amico suo N. N. Philip. Mel. S.D.  
 Deo eterno patri Domini nostri Iesu Christi,  
 conditoris generis humani et Ecclesiae sue, gratias  
 ago, quod et coniugem tuā honestissimā in partu  
 seruauit incolumē, et filiola fam. tuā auxit: totoq;  
 eum pectore oro, ut et domesticā et cōmūnem no-  
 strā sareptae ecclesiā seruet et regat, nam profet-  
 etō sine cœlesti præsidio haec in firma natura salua  
 esse nō potest. Et filius Dei, ut testaretur se custo-  
 dem esse, inducit nostrā naturā. Ac me ualde ipsius  
 uox in magnis doloribus erexit: Nemo rapiet ues-  
 meas ex manib. meis. Hunc oro, ut te et tuos defen-  
 dat. Genesim filiae libēter uidimus, de qua singula  
 re fuit D.N. iudicium, qui iuxta uersum οφοι μην  
 γρέντων εφόμων εινάστις. Consuetudine Erasmi  
 et mea sit astrologia. Cum Orionē uidisset scriptū  
 in uo-